

B. C. D.

*REGIÆ ACADEMIÆ
GUSTAVO-CAROLINÆ*

SIVE

DORPATO - PERNAVIENSIS

HISTORIÆ

PARTICULAM DECIMAM OCTAVAM

CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE

GUSTAVO SOMMELIO,

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

DEFERT

CARL FREDRIC VIERECK,

STOCKHOLMIENSIS.

D. IV. MAJI. A. MDCCXCVI.

LUNDÆ,

Typis BERLINGIANIS.

VIRO

Plurimum Venerando ac Celebri,
Serenissimo Principi ac Duci FRIEDERICO ADOLPHO
a Sacris,
ut &
Ecclesiarum Bunkefod ac Hyllie
Pastori & Præposito Fidelissimo, Dignissimo,
Præclarissimo atque Doctissimo DOMINO MAGISTRO
JOHANNI HENRICO PSILANDER.
Avunculo Optimo!

Permitas, quæso, Avuncule Indulgentissime! ut, in signum
animi, ob plurima in se collata beneficia favorisque documen-
ta, venerabundi atque gratissimi, Specimen hocce Academicum
eum omnigenæ felicitatis appreicatione, & sub jucundissima spe
continui Tui in se Favoris, submisse Tibi consecret

Nominis Tui plurimum Venerandi ac Celebris

eliens cultorque humiliatus
CAROLUS FREDERICUS VIERECK.

Hof-Controlleurs Enkan,

VÅLÅDLA FRU

HEDVIG VIERECK, FÖDD ENBOM
Min Huldaſte Moder!

Minnet af Eder ömhet och dageliga välgärningar mot
mig har upptåndt i min själ en innerlig önskan, att offenteli-
gen få nämna Edert vördrade namn; för att gifva tillkänna,
fast ån ganska osäkert den upriktiga vördnad och skyldi-
ga tacksamhet, hvaraf mit hjerta altid eldas. Jag hoppas
säledes nu, Huldaſte Moder! då Förſynen upfyldt denna
min önskan, att J gunstigt upptagen detta första tilfälle därtill,
mit första offentliga härdoms-prof, såsom et tecken af en
lydig Sons förbindelse, att alt framgent, genom beslitande om
dygd och förförande i Vetenskaper, söka förtjena Eder fort-
farande godhet, och anſen den känsla, hvarmed jag helgar
Eder detta lilla värk, såsom et bevis til den skyldiga vör-
nad och årkänsla, hvarmed jag til dödsstunden framlefver

Min Huldaſte Moders

Ödmjuk. lydigste Son
CARL FREDR. VIERECK,

Theses Respondentis.

I.

*Neoterismis stilum potius corrumpi quam, Archais-
mis, in dubitationem adduci non debet.*

II.

*Eum, qui obscuro utitur stilo, obscuras quo-
que habere ideas, quominus pro explorato habeat-
ur, impedit multiplex experientia, impedit quoque
diversa stili & idearum ratio.*

III.


*Insignis est usus, quem nobis præstant homi-
num egregie doctorum vitæ descriptiones : has igi-
tur si quis in historia literaria consignanda susque-
deque habeat; tantum abeat, ut officio suo satisfa-
ciat, ut præcipuam quandam ejus partem neglexis-
se dici queat & debeat.*

IV.

*Qui vel nulla Eruditorum lingua vernacula
opus esse, vel pro latina substitui posse aliam quan-
dam opinantur, vehementer fallunt, haud cogitan-
tes, quantum damni inde caperent Religio & Li-
teræ.*

V.

*Linguarum hodie vigantium cognitio usu &
exercitatione acquiri quidem potest ; sed confusa
erit ista cognitio, nisi regulae, quas Grammatica
tradit, accesserint.*



233

- 196) de Familia R. Petro Laur. Schonbergio O.
Gotho ibid. 1646. 4:0.
- 197) Legibus R. Abrahamo Georgii Thawonio
Astro - Finl. ibid. 1646. 4:0.
- 198) Immortalitas D. Liberatoris Germaniæ GU-
STAVI ADOLPHI Dorp. 1647. 4:0.
- 199) Inclita Virtus Illustrissimi D:ni AXELII
OXENSTJERNA, Comitis in Södra Möhre,
L. Baronis in Kimitio, D:ni in Füholm &
Tydön, Equitis Aurati, Regni Sveciæ Cancellarii,
& per Germaniam nec non ad exercitus Legati
atque Evangelici Fœderis ibidem Directoris Ge-
neralis, a Serenissima Regina CHRISTINA d. 27
Nov. a. 1645 illustritate Comitis Regni illustrata,
orat sol. æternitati consecrata ibid. 1647. 4:0.
- 200) Elogium LUDOVICI HINTELMAN J. U.
D. a. 1643 denati, seu Parentatio carmine he-
roico a. 1647 illi habita ibid. 1647. 4:0.
- 201) Disp. de Regno. R. Wilhelmo Cronmanno
Nobili Livono ibid. 1647. 4:0.
- 202) de Liberalitate R. Magno Samuelis Asp O.
Gotho ibid. 1647. 4:0.
- 203) Dispositione Oratoria R. Laurentio Wallerio
Helsingia Sveco ibid. 1647. 4:0.
- 204) Immortalitas Regis GUSTAVI ADOLPHI,
parentatione anniversaria in Academia Dorpa-
tensi d. 6 Nov. 1648 æternitati consecrata, ibid.
1648. 4:0.
- 205) D. de Inventione Rhetorica R. Daniele Dani-
elis Nykopensi Suderm. Sveco ibid. 1643. 4:0.
- 206) Serenissimæ Reginæ CHRISTINÆ in Aca-
miam Dorpatensem Augustissima Magnificentia,

- Oratione solenni d. 17 Jan. 1649, cum vaccinationem a Professione Oratoriæ ac Poëseos clementissime consecutus esset, æternitati consecrata. *ibid.* 1649. 4:0.
- 207) Natales vitæ Reginæ CHRISTINÆ, pacisque per Germaniam jam reducis d. 8 Dec. a. 1649 per regnum Sveo-Gothicum celebratus, carmine decentatus heroico. *ibid.* 1649. 4:0.
- 208) Augustissima Coronationis solennitas Reginæ CHRISTINÆ Oratione solenni ipso die coronationis celebrata *ibid.* 1650. 4:0.
- 209) Juramento R. Joh. Schæpero Abogensi Finlando *ibid.* 1651. 4:0.
- 210) Nuptiis. R. Erico Olai Golstenio W. Gothia Sveco *ibid.* 1652. 4:0.

Accedunt.

- 211) Virg. Mar. Georg. e libro II. de Vitium Cultura &c. discursus d. 12 Aug. 1643.
- 212) Virg. Mar. Georg. e lib. IV. de Mellatione discursus d. 3 Sept. 1643.
- 213) Virg. Mar. Georg. e lib. IV. discursus de Poëtica Methodi comprehensione d. 28 Oct. 1643.
- 214) Virg. Maronis Ecloga i methodice resoluta d. 25 Febr. 1646. *)

*) Quatuor harum disputationum tres priores MOLLERUS l. c. uno titulo de *P. Virgilii Maronis Georgicorum Libris II, III & IV*, comprehendit. Quartam vero BACKMEISTERUS l. c. p. 173 addit, singulasque ille viderit, annos & dies, quibus habentur sunt, juxta notans, & Schul-Dispositionen der angezogenen Stellen appellans.

215) Disp. de Globo Astronomico *).

216) Disp. de Physiognomia **),

217) Disp. de Fulmine ***).

Atque his scriptis WITTENIUS †) sequentes

Disputationes addit:

218) de Oratoria Ecclesiastica.

219) de Nobilitate.

220) de Civitate.

221) de Hæreditatibus ab intestato.

222) de Naturalis Scientiæ Constitutione.

223) de Emptione & Venditione.

224) de Processu Juris.

225) de Principiis Juris Canonici.

226) de Inventione Oratoria.

227) de Oratore.

*) Hanc prodiisse, testis est WATSONUS in *Unione Sapientiae* p. 223 eam allegans.

) & *) A MOLLERO l. c. hæ nominantur.

†) *Diar. Biogr.* T. I ad a. 1654 & T. II p. 72. Impressio vero locum, annum formamque, ut alibi sollet, hic quoque omisit: ac præterea, cum in titulis allegandis Wittenius, ut antea observavi, minus sit accuratus, veros esse, qui afferuntur, harum disputationum titulos, affirmare Lectori nequeo. Ejus tamen vestigiis in iisdem afferendis Mollerus & Backmeisterus insistunt, & ego quoque insistere cogor, donec certiorem me faciet vel propria vel aliorum ocularis inspectio. Maximam tamen eatum partem prætermisi, utpote quarum in hac mea serie injecta est mentio, additis, ubi potius Auctoribus, impressionis loco anno & forma.

228) de Heroë.
 229) de Memoria.
 230) Minutiorum, quæ edidit, scriptorum, qualia sunt Programmata, & Carmina latina, ingens est numerus. CXIV ejus Programmata, orationum, ad quas audiendas hisce programmatibus invitavit, argumentis adjectis, BACKMEISTER I. c. p. 177 — 179 enumerat. Augeri tamen hunc numerum posse, hoc minus dubito, quod haud paucas orationes vel vidi vel possideo, quibus editis Ludenii programmata præmista sunt, quas vero in ista serie Backmeisterus omisit, & præterea in magno isto Orationum numero, quas Dorpati, quo tempore Ludenius munere professorio ibi functus est, prodiisse annotavi *), paucissimæ sunt, quas audituris programmate commendandas non censuerit. Pangendis vero carminibus latinis admodum delectabatur, ac magnus est numerus carminum ejus nuptialium atque funebrium, in primisque disputantibus præsto ejus ingenium poëticum fuit, & ita quidem, ut anagrammatismis fausta eis ut plurimum ominaretur, ejusque hoc studio inflaminatis aliis, gratulantium carmina hoc tempore anagrammatismis Dorpati abundant.

Oratio-

*) Annotatæ in hac historia p. 49 — 62 videantur, Cœptam a Num. 4. computationem si quis ad N. 189 continuavit, CLXXVI Orationes habebit, quo dictum est tempore Dorpati habitas ac fere singulas Ludenii programmatibus ornatas.

Orationes, quas WITTENIUS & ex eo MOLLERUS N. 56 inter scripta ejus enumerat, de Livonia, Moscovia &c. vix ejus sunt, saltim non omnes, conf. Ser. Oratt. Dorpp. hujus historiæ pagg. 49 — 62. Num. 12, 19, 50, 51, 62, 67, 108, 176. eandemque harum ac LXXVI istatum, quas, præeunte Wittenio, Mollerus N. 57 recenseret, esse rationem, bina docent ista Orationum Volumina, quæ Dorpati a. 1648 in 4:o prodierunt hoc titulo: *In Regia Gustaviana Adolphina Academia, quæ Dorpati Livonorum est ad Embeccam, Volumen I. Orationum a Nobili & Studio Juventute, Moderatoro LAURENTIO LUDENIO Poët. Cor. Professore Juris, Oratoria & Poëeos publice habitarum* (pro Vol. I. lege Volumen II. & alterius voluminis titulum, locum, annum & formam editionis habes). Priori volume illæ continentur Orationes, quas dicta series mea N. 144, 5, 7, 8, 9, 11, 6, 10, 12, 19, 14, 21, 22, 16, 15, 44, 34, 30, 41, 43, 31, 45, 38, 25, 46, 35, 32, 24, 42, 26, 33, 37, 56, 57, 53, 62, 55, 49, 54, 50, 51, 48, 58, 52, 77, 66, 73, 74, 68, 72, 75, 78, 70, 67, 71, 80, 81, 76, 88, 86, 83, 82, 87, 85, 89. præter *Moscoviae Historiam*, a Rudolpho Strauch d. 15 Jan. 1640 recitatam, sistit; & posteriori sequentes, quas eadem series exhibit N. 97, 101, 104, 105, 103, 92, 95, 99, 91, 106, 90, 93, 108, 109, 111, 107, 100, 112, 113, 119, 118, 115, 117, 114, 121, 120, 116, 122, 123, 124, 126, 134, 132, 129, 131, 133, 128, 130, 143, 136, 141, 135, 147, 139, 140, 137, 138,

Gg

142, 151, 150, 159, 152, 156, 155, 154, 149, 153,
157, 161, quæque istam seriem consignanti ignotæ
mihi erant: 1) *Prodigium mense Novembri a. 1643*
per Livoniam in Cœlo spectatorum Viatorum arma-
torum, nec non agminis viventium & ab aquilone
vento allatarum, ac ad propugnacula inclytæ civi-
tatis Revaliensium die 17 mensis ejusdem in nivem
decedentium Muscarum, oratione metrica in Regia
Academia Gustaviana Adolphina d. 19 Dec. a.
1643 publice recitatum a Johanne Petri Kuuth
Sudermanno 2) in salutiferam nativitatem Domini
& Salvatoris nostri JESU CHRISTI Oratio,
quam pro Concione d. 25 Dec. enarrabat Jacobus
Andreae Tyblæus Sudermannia Svecus, Dorp. 1643
3) de Spiritu Sancto Oratio metrica, quam secun-
dis feriis Pentecostes a. 1648 enarrabat Magnus
Samuelis Asp Ostro-Gothia Svecus.

Scripta LUDENII Inedita *).

- 1) Opus Chiromanticum.
- 2) Poëmata.
- 3) Epistola de Statu Livoniæ.

MOVI.

*) Horum notitiam Mollero debeo, ad primum hæc
annotanti: a Morio in Albo suo M. S. fol. 816 lan-
datum, secundum 1. Poëmata ista in plures partes
divisa esse, quorum ibidem occurrit mentio, observan-
ti, & ad tertium s. epistolam de Statu Livoniæ hæc
adde ti: que Svecis paret, ad Petrum fratrem a.
1637 exarata, quam in Jac. Beckeri, Advocati Haf-
nienis, Bibliotheca offendi.

MOVIUS (Joachimus) *)

Hunc ROLOTT, KELCH, MOLLER &
BACKMEISTERUS ll. cc. ut p. 69 subj. n. ob-
servavi, silentio transeunt: istius vero silentii quam-
vis hæc fuerit ratio, quod incertum est, an munus
Professoris Dorpati unquam obierit, potius tamen
commemorandum quam omittendum censui; ex
Protocollis enim constat, eum a Senatu Academico
Dorpatensi a. 1634 d. 27 Febr. designatum esse,
qui in abeuntis Weidelingii locum succederet, &
linguas Orientales doceret, istumque deleatum ab
Academiz Cancellario sequ. 10 Maji confirmatum
esse. Designatus vero & exspectatus Dorpatum vix
venerit: qui enim a. 1636 d. 25 Oct. constitutus
est linguarum Orientalium Professor, Salomon Mat-
thiæ suffectus, non Movio, sed Weidelingio dicitur.
Cujas de cætero fuerit, quidve scripserit, ignoro;
quemadmodum enim Dorpati nulla ejus extant ve-
stigia, sic neque alibi quædam extare deprehendi.
Fortasse tamen alii, unde fuerit, & ubi substiterit,
explorabunt.

G g 2

MAT.

*) Tres Movios, Casparum, Friedericum & Samuelem
JÖCHER l. c. art. Movius recenset: horum primus
cum Megapolitanus, reliqui duo Pomerani fuerint,
pluresque Professores ex Pomerania & Megalopoli-
naea sit Academia Dorpatensis; hunc sibi Mo-
vium harum regionum alterutra fortasse vindica-
bit.

MATTHIÆ (Salomon) ^{**}

Natus a. 1609 patre M. Nicolao Matthiæ pri-
mum Gnantsteinensi, deinde Lüneburgensi ^{**}, ad
ecclesiam S. Johannis Pastore, matre Magdalena
Gesnera, magni illius Theologi Doct. Salomonis
Gesneri sorore germana. Jactis in schola Johannea
Lüneburgensi literarum fundamentis, Hamburgum
ad D:n Henricum Neuhusium sacerorum deinceps
suum delatus filiorum ejus institutioni præficiunt.
Revaliam cum hoc patrono suo ejusque familia a.
1633 demigravit. Hinc ad Academiam Dorpaten-
sem a. 1634 indeque ad Gryphiswaldensem studiis
suis

^{*)} Compendiaria quidem, sed instituto congrua ratione
fata hujus Viri exposuerunt RHYZELIUS Episcop.
Svio-G. P. II. p. 60. Celeb. D:n FANT His. Litter.
Gr. in Svec. S. I. p. 81. & HYDREN de Fatis
Lit. Orient. in Sv. p. 15. singuli, ut iuspicor, ex
NEUHUSII programmate, quo funus iadixit, hujus-
que vestigiis me saltim in iisdem exponendis hic in-
sistere, ignorare Lectorem nolui, quo sciat, qua fide
nonnulla fusi a me enarrentur. A GADEBUSCHIO
in Livl. Biblioth. hic noster Salomo prorsus omitti-
tur; plura de illo, quam annum 1639, quo Profes-
sor Linguz. Hebræz. & a. 1648 quo Theol. Li-
centiatus & Professor fuit. BACKMEISTERUS non
annotavit, nec plura quinque duntaxat lineæ continere
potuerunt.

^{**) H}nc eum Lüneburgi natum nonnulli dicunt, sed
Wittberga Saxonem eum appellat JOHANNES ERI-
CI STREGNENSIS in titulo disputationis. Iux. de
Homine Dorpati a. 1638 habitæ.

suis ulterius obsecuturus se contulit. Revaliam re-
versus a. 1636 d. 10 Decembr. constitutus est Lin-
guar. Orient. Professor in Academia Dorpatensi,
adjectaque est sequ. anno d. 28 Jan. provincia
linguam Græcam docendi: eodem anno ad munus
ecclesiasticum a Dorpatensibus vocatus Pastor ad
templum S. Johannis d. 22 Nov. est constitutus,
ac tandem in Academia Dorp. dato d. 20 Junii a.
1642 diplomate Regio, Theologiae Professor designa-
batur ^{*)}. His honoribus laboribusque Academicis,
in quibus commemorandus quoque est ter ab illo,
nempe a. 1638, 1645 & 1650 gestus Magistratus
academicus, perfunctum ad Praefecturam &asto-
ratum ecclesiæ Narvensis primarium Senatus istius
civitatis, consentientibus & applaudentibus civibus
ac incolis; ægerrime vero dimittentibus eum Dor-
patensibus a. 1650 d. 27 Apr. constituto liberalissi-
mo stipendio annuo, evocavit. Sævire autem in Li-
vonia a. 1656 cum cœpissent Muscovitæ, totamque
istam provinciam ferro flammisque depopulati ex-
trema quæque Narvensibus minitarentur, turbato-
que rerum statu compesci vix posse numerosissi-
mus ille hostis videretur, ac, sedibus suis relictis,
tutiora loca cives Narvenses, quotquot poterant,
quærerent; eo numero, qui aufugiebant, Salomon
noster quoque fuit, ita tamen ut a Senatu urbis
veniam peteret & impetraret in Germaniam abe-
undi,

Gg 3

^{*)} Magnus Theologus ac Magister linguarum Arabicæ,
Syriacæ, Hebræz. & Græz a NEUHUSIO in dicto
programmate vocatur.

undi, usque dum furor iste hostilis desæviisset. At vero cum, Rege CAROLO tot bellis tantisque negotiis & occupationibus distento, & civitate insuper casu fortuito exusta, pertenuis spes ad sua redeundi ostenderetur; jussu Regis Archidiaconus Stetinensis vocatus est a. 1658 d. 13 Martii, ac juxta Theologiae & Ebraæ linguæ in illustri Stetinensi Gymnasio constitutus est Professor. Muscovita autem a Potentissimo Svecorum Rege in ordinem coacto, cum ad sua paulatim se reciperent Narvenses, Patorem suum Salomonem abesse adeo perferre non potuerunt, ut a Stetinensibus repeterent; rediit igitur a. 1660 solitamque cathedram occupavit. Sic vero recuperato munere, augentur onera, sed augentur etiam honores; Rex enim in ipso Regni Senatorum publico confessu inspectionem ecclesiastarum Ingermannici districtus ejus fidei committendam censens totius districtus Super-Intendentem enim constituit. Anno autem nondum transacto, ista munera aliis curanda reliquit, ex vita discedens d. 9 Sept. a. 1665.

Scripta:

Præter formulas quasdam Precationum ab eo consignatas, & Concionem quandam in Episcopi, nescio cuius, Conjugis ANNÆ SOMMERIN funere habitam a. 1655 quam a STRICKERO in Förs. til et Sv. Hom. Bibl. p. 88 annotatam video *), nulla ejus scripta mihi innotuerunt.

*) Hanc eum lingua sua vernacula & consignasse & enuntiasse, credi convenit, licet apud Strickerum in serie Concionum Svecanarum occurrat.

erunt. Plura tamen eum edidisse, verisimile puto.

FLÜGEL (Johannes von *)

Pauca tantum hæcce de illo Backmeisterus I. c. p. 164 habet: Johann Flügel, beyder Rechte Doctor Er ward 1636. dem General Gouverneur in Riga zur baldigen Beförderung empfohlen. Doctoris istum titulum ignorat Matthias Wermers in dedicatione Disputationis suæ Dorpati a. 1636 habitus **) his duntaxat verbis consignata: Consultissimo D:n JOHANNI FLUGELIO, ab eruditionis claritate, exactæ peregrinationis celebritate, expediendorum dexterita ac prudentia commendatissimo ***); ignorat quoque PHRAMENIUS in Riga

*) Vid. not. prox. sequ.

**) Vid. p. huj hist. 167 num. 26. Præter Flügelium hanc disputationem tribus aliis nobilibus iisque eruditis Viris dedicavit, conjunctimque hos quatuor *Quadrigam Nobilitissimam, Præstantissimam ac generis splendore fulgentem* appellat: nobili igitur genere eum, ut PHRAMENIUS & GADERBUSCH I. c p. 362, juxta *Hæritarium in Kolzen* appellans, dicunt, natum esse, satis liquere puto.

***) Anno 1636 cum consignata sit hæc dedicatio, in hac vero Flügelium, ut reliquos, quodam officii charactere Vernerus non distinguat, ac præterea ad officium impertrandum, annotante Backmeistero, eodem anno Gubernatori Generali sit commendatus; nulla ei adhuc tradita videtur, nec ante hunc annum Professor Dorpatensis fuerit.

Riga Literata sic ejus mentionem faciens: **Johannes a Flügel Rigensis.** Circa primordia Gymnasii Patrii P. P. Juris, post Aulici Judicij Regii Dorpatensis Assessor. A. 1664 Senatus Rigensis Amplissimus Syndicus; denique Pro-Consul *) obiit a. 1655 **).

Scriptum :

Disput. de Perceptione & Restitutione Fructuum
1644. 4:0. a) Nulla quidem muneris Professorii Dorpatensis hic injecta est mentio; eam vero

*) Wo er (Riga) 1655 in der Würde eines Bürgermeisters aus der Welt ging, inquit GÄDEBUSCH l. c. Pro-Consulem tantum PHRAMENIUS appellat; utrum rectius sit, disquirere non vacat, nec facile forfaste dicitur.

**) Annum vero hunc emortualem pariter incertum esse, ac ipsum locum, quo obiit, ne quis putet, hæc, quibus hunc articulum GADERUSCHIUS p. 363 concludit, verba legens: Hr P. Bergmann in seiner Biographie S. 133 erzählt, daß er Kurländischer Hof-Rath gewesen, und nachdem er öfters als Abgeordneter der Stadt nach Stockholm geschickt worden, daselbst 1662 gestorben; cogitat velim, Phragmenium, qui ejusdem, cuius Flügelius, civitatis fuit, nec multo post ejus obitum suam scripsit Riga Literatam, falli facile hac in re vix potuisse. Ansam ad fallendum ei dedisse luspicor alium quendam ejusdem nominis; id quod inde probabile videbitur, quod istum Consiliarium Aulicum Curlandensem appellat, quem vero illum, de quo hic sermo est, suisse Phragmenius aliique ignorarunt.